

aedilis, sumptu suo et T. Aeli Anni Litori quondam | collegae sui, ob honorem aedilitatis | in compensatione<sup>2</sup> missiliorum communi pecunia fecerunt, dedicante | Calvio Rufino aedile, ob cuius statu[ae] | dedicacionem idem Rufinus de suo | eti[a]m spectaculum pugilum et gymnasium | exhibuit. L. d. d. d.

*Zaghuan, non longe a Tunete, iam Algerii (VIII 893. VIII S. 42425 vidit Schmidt). — 1) A. 259. — 2) Compensationem. Videtur mos ibi fuisse vel adeo lex, ut aediles missilia ederent (cf. N. 5075 seq.); quorum loco aediles illi communi pecunia signum Martis dedicaverunt.*

**5075** C. Egna[ti]o C. fil. | Papiria [Fe]lici, aedilli innocentissimo, | amici ob m[er]itum. Ob cu|ius dedicationem idem | Egnatius praeter gymna|sium et missilia quae aedi|les edere solent diem sacri | Liberaliorum auxit et omni in|pensa sua eum civib. universis | exibuit, amplius etiam ludos sceni|cos edidit et ep[u]lum populo dedit. | L. d. d. d.

*In ruderibus Vallitanis in provincia Africa proconsulari (VIII S. 4783 vidit Cagnat).*

**5076** Ti. Aprario Felici Q. fil. | Papiria Parato, aedili|cio, fl. perp., bono viro, a|matori et alumno municip. | sui, ob incomparabilem | missilium in honorem aedilitatis editionem mag|namq. etiam operis sep|tizodi<sup>1</sup> nudae liberalitatis<sup>2</sup> | exstructionem, populus | aere conlato posuit. L. d. d. d.

*Henchir Bedd in Africa (VIII S. 44572 vidit Cagnat). — 1) Septizodia (sic etiam in codicibus veteribus non raro scriptum) sive septizonia praeterea nota sunt Romanum (vit. Sever. 49, 3. 24, 3, cet.; cf. Huelsen das Septizonium des Septimi Severus, Berol. 1886) et Lambaesianum (VIII 2657; vide infra inter titulos operum publicorum). — 2) Nuda liberalitas dicitur ad quam praestandam nulla necessitate legitima, nimirum honore accepto, obstrictus fuit.*

**5077** Genio coloniae | Veneriae Rusicadis | Aug. sacr. | M. Aemilius Ballator | praeter ~~I~~ X ~~II~~, quae in | opus cultumve theatri | postulante populo de|dit, statuas duas, Genijum patriae n. et Anno|nae sacrae urbis, sua | pecunia posuit, ad | quarum dedicatio|nem diem ludorum | cum missilibus<sup>1</sup> edidit. | L. d. d. d.

*Rusicade (Philippeville), nunc Parisiis (VIII 7960 vidit Wilmanns). — 1) Ludi scaenici cum missilibus memorantur supra N. 2933 et in aliis titulis Africanis.*

**5078** Aureliae Lai|di Aug. libertae, | M. Aurelius M. f. | Pal. Aurelianu | matri piissimae | loco ab ord. concessu | dedit dedicavitq., | ob quam dedic. dec. | et eq. R.<sup>1</sup> victoriat. ter|nos sportulas dis|tribuit et ludos cir|censes populo | exhibuit.

*Saldis (Bougie) in ora Mauretaniae (VIII 8938 vidit Wilmanns). — 1) Decur|rionibus et equitibus Romanis.*

**5079** Colonia Patric.<sup>1</sup> | L. Iunius P. f. Serg. Paulinus pontif., flamen perpet., IIvir c. c. Pat.<sup>2</sup>, flam. provinc. | Baet., edito ob hono-